

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Secvndæ Secvndæ Partis Volumen Tertium

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum magnificentia sit vitium? 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38803

Vnde magnificientia videtur esse in irascibili, sicut & magnanimitas.

Ad secundum dicendum, quod magnificientia, et si non conueniat cum fortitudine in materia, conuenit tamen cum ea in conditione materiae, in quantum scilicet tendit in aliquid arduum circa sumptus, sicut & fortitudo in aliquid arduum circa timores.

Ad tertium dicendum, quod magnificientia ordinatur vsum artis ad aliquid magnum, ut dictum est. Ars autem est in ratione. Et ideo ad magnificum pertinet bene ut ratione in attendendo proportionem sumptus ad opus, quod faciendum est. Et hoc præcipue necessarium est proper magnitudinem viriusque: quia nisi diligens consideratio adhiberetur, immineret periculum magni damni.

QVÆST. CXXXV.

De Paruifcentia, in duos articulos diuisa.

D EINDE considerandum est de viuis oppositis magnificientiae.

¶ Et circa hoc queruntur duo.

¶ Primo, vtrum paruifcentia sit vitium?

¶ Secundo, de vitio ei opposito.

ARTIC. I.

Vtrum paruifcentia sit peccatum?

A D primum sic proceditur. Viderur, quod paruifcentia non sit vitium. Virtus enim sicut est 666 moderativa magnorum, ira etiam est moderativa 4. Eth. 16. paruorum. Vnde & liberales, & etiam magnifici 7. 10. 5. aliqua parua faciunt. Sed magnificientia est virtus. Ergo etiam similiter paruifcentia magis est virtus, quam vitium.

¶ 2 Præterea, Philosophus dicit in 4. Ethic. * li. 4. c. 2. quod diligentia ratiocinij est paruifica. Sed diligenter aliquanta ratiocinij videtur esse laudabilis: quia bonum honestum à minis est secundum rationem esse, ut Dionys. † dicit prin. 10. ¶ in 4. cap. de diuin. nomin. Ergo paruifcentia non est †. 4 p. 4. vitium.

¶ 3 Præ-

li. 4. c. 2. ¶ 3 Præterea, Philosoph. dicit in 4. Ethic. * quod
in fi. 10. 5. paruificus consumit pecuniam tristatus . Sed hoc per-
 tinet ad avaritiam, siue ad illiberaltatem . Ergo par-
 uificantia non est vitium ab alijs distinctum .

SED contra est, quod Philosophus in 2. & 4. Ethic.
li. 2. c. 7. cor. * ponit paruificantiam speciale vitium magnifi-
& li. 4. c. 6. centiae oppositum .

2. 10. 5. R E S P O N D E O dicendum, quod sicut supra di-
li. 2. q. 1. csum est *, moralia speciem à fine sortiuntur . Vnde
a. 2. & q. & à fine, vt pluries nominantur . Ex hoc ergo dicitur
18. ar. 6. aliquis paruificus , quod intendit ad aliquid paruum
 faciendum . Paruum autem & magnum , secundum
in predi- Philosophum in prædicamentis *, relativè dicuntur .
camento Vnde cum dicitur quod paruificus intendit aliquid
ad aliqd paruum facere, intelligendum est in comparatione
20. 1. ad genus operis quod facit . In quo quidem paruum
 & magnum potest attendi dupliciter . Vno modo, ex
 parte operis fiendi . Alio modo , ex parte sumptus .
 Magnificus ergo principaliter intendit magnitudinem
 operis : secundario intendit magnitudinem sumptus ,
 quam non vitat , vt faciat magnum opus . Vnde &

li. 4. c. 2. Philosophus dicit in 4. Ethic. * quod magnificus ab
 ante me. equali sumptu faciet opus , magis magnificus .
som. 5. Paruificus autem è conuerso principaliter quidem
 intendit paruitatem sumptus . Vnde & Philosophus

li. 4. c. 2. dicit in quarto Ethic. * quod intendit qualiter mi-
in fi. 10. 5. nimum consumat ; ex consequenti autem intendit
 paruitatem operis , quam scilicet non recusat , dum-
 modo paruum sumptum faciat . Vnde Philosophus
li. 4. c. 2. dicit ibidem * , quod paruificus maximè consumens
 nō remo- in paruo, scilicet quod non vult expendere , bonum
 tē à fi. 10. perdit, scilicet magnifici operis . Sic ergo patet quod
5. paruificus deficit à proportione , quæ debet esse
 secundum rationem inter sumptus & opus . Defectus
 autem ab eo quod est secundum rationem, causat ra-
 tionem vitij . Vnde manifestum est, quod paruifien-
 tia vitium est .

Ad primum ergo dicendum , quod virtus modera-
 tur

tur parua secundum regulam rationis, à qua deficit paruificus, ut dictum est *. Non enim dicitur paruificus qui parua moderatur, sed qui in moderando magna vel parua, deficit à regula rationis. Et ideo habet virtutem rationem.

Ad secundum dicendum, quod sicut Philosoph. dicit in 2. Rhetor. * Timor facit consiliatius. Et ideo paruificus diligenter ratiocinijs intendit: quia inordinate timeret bonorum suorum consumptiōnē, etiam in minimis. Vnde hoc non est laudabile, sed vitiosum & vituperabile: quia non dirigit affectum suum secundum rationem, sed potius rationis usum applicat ad inordinationem sui affectus.

Ad tertium dicendum, quod sicut magnificus convenit cum liberali in hoc, quod prompte & delebatibiliter pecunias emittit: ita etiam paruificus conuenit cum illiberali, siue auaro, in hoc, quod cum tristitia & tarditate expensas facit. Differt autem in hoc quod illiberalitas attenditur circa communes sumptus; paruificantia autem circa magnos sumptus, quos difficiliter est facere. Et ideo minus virtus est paruificantia quam illiberalitas. Vnde Philos. dicit in 4. Eth. * quod quāvis paruificantia & vitium oppositum, sunt malitia, non tamen opprobria inferunt: quia nec sunt nocua proximo, nec sunt valde turpes.

ARTIC. I I.

Vtrum paruificantia aliquod vitium opponatur?

Ad secundum sic proceditur. Videtur, quod paruificantia nullum vitium opponatur. Paruo enim opponitur magnum. Sed magnificentia non est vitium, sed virtus. Ergo paruificantia non opponitur virtuum.

¶ 2 Præterea, Cum paruificantia sit vitium ex defectu, ut dictum est *, videtur quod si aliquod vitium esset paruificantia oppositum, confisteret solum in superabundanti consumptione. Sed illi qui consumunt multa, ubi pauca consumere oportet, consumunt pauca ubi multa oportet consumere, ut dici-

lib. 2. c. 5.
parum è
me. 10. 6.

li. 4. c. 2.
in fi. 10. 5

667
4. Eth. 1e.
7. 10. 5.

ar. præs.